

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Johannis Trithemii Spanheimensis Primo, Deinde D. Iacobi Maioris Apvd Heripolin Abbatis, viri suo aeuo doctiss. ... Partis Opera Historica, Qvotqvot hactenus reperiri potuerunt, omnia**

Partim E Vetvstis Fvgientibusque editionibus reuocata, & ad fidem Archetyporum castigata; partim ex manuscriptis nunc primùm edita ;  
Qvorvm Catalogvm Aversa pagina exhibet

Iohannis Trithemii Spanheimensis Primo, Deinde D. Iacobi Maioris Apvd Heripolin Abbatis, viri suo æuo doctissimi Secvndæ Partis Chronica Insignia Dvo - I. Coenobii Hirsavgiensis, Diœcesis Spirensis: eius fundationem & progressum ab Anno Christi DCCCXXX. vsque ad Annum MCCCLXX. II. Coenobii ...

**Trithemius, Johannes**

**Francofurti, 1601**

De Wignando, Hvivs Monasterii Abbatte XXXIV. qui præfuit annis 20.  
mensibus 10. diebus 20. variisque actis.

**urn:nbn:de:0128-1-17336**

*Wighardus  
abbas mori-  
tus.*

Eodem anno quarto cal. Iunij, quæ fuit quarta feria post festum S. Urbani pape & martyris: obiit ipse Wighardus abbas huius nominis secundus, in ordine vero abbatum tertius & tricesimus, anno regiminis sui, VI. currente.

DE WIGNANDO, HVIVS MONASTERII ABBATE XXXIV.  
qui præfuit annis 20. mensibus 10. diebus 20. variisque  
aetatis.

*Wignandus  
filius abbas.*

*Annis pra-  
fuit ferme  
viginti.*

*Quod mo-  
nachii non  
scribamus an-  
nales con-  
queritur  
anchor.*

*Excusatio  
vano mo-  
nachorum  
ignorantia.*

*Sine histo-  
ria fides e-  
mancatur.*

AM vniuersæ carnis domino Wighardo huius nominis secundo, Hirsaugiensis monasterij abbate 33. sicut diximus ingresso, atque cum debita solennitate sepulso, ut mons tunc erat, prior & fratres spirituali pastore orbat, codem mox anno, ultima die mensis 10 Maij, qui fuit sexta feria post Urbani, pro electione noui patris ad locum capitularem convenientes, necessariis inter se consiliis tractatibusque præmissis, Wignandum ex suo collegio monachum, in abbatem huius monasterij 34. præfecerunt, qui ab episcopo Spirensi Gerhardo de Errenberg, confirmatus ex more, & ordinatus, præfuit in abbatis annis vii. viginti, mensibus decem, & diebus viginti, de cuius gestis, pigritia & ignavia monachorum id causant, aut nihil aut parum deducere possumus ad notitiam posteritatis, quia & iupia memoriam eorum qui hodie vivunt, aucta sunt, & à nullo literis (ut opportuerat) commendata. Nam posteaquam amor & studium literarum à monachis deciderit, etiam cum disciplina obseruantia regularis: mirandum non est, si nec monasteriorum suorum conditions pro tempore sapienter variatas, nec successiones actaque suorum literis mandauerint abbatum: cum ex his qui hodie vivunt, sub reformationis Bursfeldina ritulo, nec unum quidem inuenire potuerimus de omnibus, qui veterum exemplo animatus, vel scribere nouam, vel continuare diu inchoatam proprii sui monasterij Chronicam, ad informationem posteritatis aut velit aut possit. Proh pudor, dicere de multis abbatibus qui sanctam obseruantiam regularis vitæ cum suis monachis profitentur, qui historiae vulgaritatem ignorant, quid nobis opponant compellor. Aiunt enim, Quid nobis scire, condere potest fundationis monasteriorum nostrorum antiquitas? quid abbatum vel successiones vel gesta reducere ad memoriam confert, qui in puluere mortis dormiunt, nevis laudibus demulcentur? O iam sepulti, ignavi homines viui, quorum peribit memoria eis sonitu, quam sitis asinini, ac rudes ingenii, palam ostenditis, qui bonum contemnitur, storiarum, quod absque non potest. Historia viuis tam præsentibus, quam futuri conscribitur, non mortuis: vos ergo, si viuaretis intellectu, historias vtique amaretis. Neque enim si tollatur historia Euangelij sacrosancti memoria, neque martyria & passiones sanctorum, ad nostram scientiam deuenissent. Valeant ergo viui homines ignoranta sepulchri, & sibi viuant solis ignavia sua contenti, nulli viles, nullique in bonis actionibus vel studiis imitabiles. Nos autem nostra prosequamur.

Circa hæc tempora Albertus dux Bauariae, comesque Hollandie, Selandie, Hanoniæque ac Frisia dominus, obsecrit oppidum Hollandie Delft nominatum proprie- obedientiam & rebellionem ciuum, quo capto muros & portas usque ad solum cœperit. Castrum quoque Heemskirch funditus destruxit.

M C C L X.

*Conuentus  
principii in  
Eslingen.*

*Eslinge ob-  
sidione cin-  
gitur.*

*Contentio  
inter archi-  
episcopum  
Trewenensem  
& comitem  
de Spanheim  
Einkirch  
subducitur.*

Anno Wignandi abbatis 2. currente cum annis Domini 1360. Carolus Imperator in oppido Sueviae Eslingen, pro quibusdam cauissimis imperij principes conuocauit, ubi cum die quadam in refectorio conuentus fratrum Minorum sua cuim illis tractaret consilia, seditione ciuium orta contra Imperatorem & principes tumultus concitat, qui mox recedens ab oppido comiti Wirtenbergensium, Euerhardo commisit, quatenus tantam contumeliam sibi illatam compensaret. Qui suorum, & ciuitatum imperialium coadunato exercitu Eslingen obsidione circuallavit, fortiterque opugnare coepit. Videntes autem in malo le positos ciues, & tanta multitudini non posse resistere, pacem pecunia interueniente acceptarunt, Imperatori pro satisfactione aureorum lexaginta milia, comitique Euerhardo pro impensis habitiis triginta millia pendentes, & sic qualitatem tumultus centum millibus empta quietuit. Graues inter Boëmundum Trewenensem archiepiscopum comitesque de Spanheim & Starckenburg discordia his fuerit subortæ temporibus, propter castella quædam atque dominia. Sed interuenientibus amicis, Valramus comes de Spanheim in concordiam cito cum archiepiscopo redit. Comes autem de Starckenburg, agros, villas & possessiones ecclesiæ Trewenensis ferro & incendio grauiter deuastare coepit, multaque damna intulit. Archiepiscopus subducitur, tem collecto exercitu Einkirch villam comitis in littore Mosellæ positam, cum ipsa munitione

munitione quam fecerat sub castello Starckenburg, pro exigendo à nauigantibus thelo-  
neo, ipso, ut principe terra con radice cepit, ac funditus destruxit. Quod videns comes,  
ac deteriora metuens, gratiam pontificis per nuncios postulauit, & cum venia accepit.

His quoque temporibus Carolus Imperator quartus, cum esset vir doctus, quippe  
qui in gymnasio Parysiorum multo tempore operam literis dederat, amaretque præ-  
ceteris viros eruditos, vniuersitatem Pragensem pro decore Bohemiae regnii laudabiliter in-  
stituit, qua multis priuilegijs & donationibus ab eo illustrata, in breui tempore ultra o-  
mnes rotius Germaniae vniuersitates gloria & numero personarum crevit, quo usque ran-  
dem post annos ferme quinquaginta, multis commaculata hæresibus, qua nota sunt o-  
mnibus, in nihilum redigitur. Episcopum quoque Pragensis ecclesiam, pro honore regni  
qui etenim sub archiepiscopo Moguntino fuerat, suffraganeus in archiepiscopum aucto-  
ritate apostolica sublimauit, multique priuilegijs decorauit, subiiciens ei suffraganeos &  
episcopos mōre aliorum. Multas in Bohemia de novo fundauit ecclesias, fundatasque  
tam à se quam ab antecessoribus suis, reliquis, ornatis, picturis, clenodijs, & varijs do-  
nationibus magnifice honorauit. Aulam villæ Ingelheim, non longe à Moguntia &  
Rheno, quam Carolus Imperator magnus pro castro residentia maiestatis sua cis Rhe-  
nanæ quandam habuit, in quo natus, & gladium ab angelo contra Saracenos pugnatu-  
rus (qui Norinbergæ annue ostēditur) accepisse cœlitus misum, in colarum fide creditur:  
in monasterium canonorum regulæ S. Augustini cōmutauit, statuens, neminem in co-  
ad religionem suscipiendum, nisi in Bohemia natum: q̄ ita haec tenus sernatur, vñq; in pra-  
sente diū, per annos non minus centum quadraginta quatuor. Subiecit autē ipsum coe-  
nobium abbati monasterij S. Caroli, in Praga pro tempore existenti, ad quē eius visitatio  
debeat pertinere: Festum quoq; lanceæ, clauorum & corona Domini nostri Iesu Christi,  
feria sexta post octavas paschæ singulis annis per vniuersum orbem Christianum, celebrā-  
dum, impetravit à papa cum magnis indulgentijs, gratijs & remissionibus peccatorum.

M C C L X I.

Anno Wignandi abbatis 3. qui fuit Domini nativitas 1361. mense Feb. quadam die  
aduersante cœlum ardore visum est, & canoëte Wilhelmus primus dux liliacensis vir  
bellicos magnanimusque moritur.

Wilhelmus  
dux liliacensis obiit.

Eodem anno Gerhardus comes Montensis, & Arnoldus comes de Blanckenheim,  
intuerato ad inuicem laborantes odio, se mutuo interfecerunt in ciuitate Coloniensi a-  
curis lanceis hastilidium agentes, alter ab altero confixus.

Dux comi-  
tes se inter-  
fecerunt.

Eodem quoq; anno post longam inter fratres de ducatu Gelria concertationem,  
postq; incendia & homicidia multa, tandem Eduardus viator existens fratrem suum Rei-  
nardum cepit, quem custodiae mancipatum usque ad vitæ finem per annos decem conser-  
uauit, adeptusque ducatum Gelriae, sine aliquo contradictione regnauit.

Dux Gelri-  
i sibi fratrem  
suum capi.

M C C L X I I .

Anno Wignandi abbatis 4. Domini vero 1362, exentes quidam latrunculi de An-  
glia per Hispaniam & Franciam discurrebant, deprædatione, incendio & ferro, mul-  
ta incolis terræ damna & incommoda in villis, maxime vbi non erat defensio irrogan-  
tes. Quæcum numero simul crevissent & audacia, capitaneum saper se constituerunt,  
quem archipresbyterum communis vocabulo appellarent. Ipsa autem multitudo latro-  
num, societas magna vel Anglicana dicebatur, habens plusquam 40000. virorum ad pu-  
gnam procedentium. Qui per iugatis Hispania & Francia, fines tandem Treuerensium  
ingrediuntur, omnia incendio & rapina vastantes. Quotuam aduentu Boëmundus ar-  
chiepiscopus auditio Cunonem de Falckenstein, coadiutorem suum, Wenceslaum Lut-  
zenburgij & Brabantie ducem, Waltramum comitem de Spanheim, comitem quoque  
de Veldentia, & comitem de Starckenburg, cum multis alijs comitibus, baronibus, nobi-  
libus & pugnarib; misit contra illos: qui mox, vt tot contra se conueniſſe principes in-  
tellexerunt, recta verentes, de finibus Treuerorum recesserunt, & Alsatiam intrantes,  
multa circa Argentinam villanis damna intulerunt, diripientes quicquid vñq; reperirent.  
Venit ergo nocte maledicta illa societas ad muros Argentinenses, & in citeriu ciuitatis  
se locauit, Koningshouen, & omnia in vicino situata villa agno consumpsit. Portæ  
autem ciuitatis clausæ tenebantur, nec quisquam permittebatur egredi quamdiu illo  
mantenerunt. Quosecumque reperirent in agro & viculis affectos, inauditis supplicijs trucid-  
erunt, nisi pecunia se redimerent. Nulli tuto, sine salvo conductu eorum transire licetabat,  
quem euicunque dedilserint, in uiolabili firmitate se fessarent. Mulieres & virginis moniales  
& iuenculas quotquot inuenientur, insatiabiliter libidinis confluprabant, multaq;

Magna so-  
cietas An-  
glicana de-  
uastato-  
ria.A finibus  
Treverorū  
parsi sunt.Archipre-  
tator deca-  
bat Alsatia  
terra.Crudeles in  
pauperes  
fecer.

ex eis occiderunt. Masculos iuuenes in seruitutem captiuos seruabant. Verum quia fama eorum præcessit aduentum, quicquid mobile erat, rustici ad ciuitates & loca munera importauerant. Oppida quidem plura obsidione vallabant, sed cum eis deessent machinae ad expugnationem necessariae, nullum omnino capere potuerunt. Interea ciues Argentinenses cum Alsaticis, literas & nuncios ad Carolum Imperatorem tunc Franckotordiam cum principibus existentem, pro auxilio implorando miserunt, quibus in breui ventrum se cum exercitu promisit Imperator. Sed saepe interpellatus, cum aduentum suum semper promitteret, semper differret, magnam de se conspirationis cum societate Anglicana clam inita Alsatij dedit, propterea quod defolati tam nobilem prouinciam a vilissimis latrunculis permisit. Tandem verecundia ac necessitate compulsi exerce-  
to

*Imperator  
ad auxiliū  
vocatus est.*

*Fugatur de  
Alsatia la-  
tentes.*

tum in Alsatiam misit, quo appropinquante latronum caterua fugiendo recessit: quos cum nostri persequendos decernerent, tanta velocitate fugientes vsi sunt, ut iter eorum vnius diei, nostri conficeret in quatuor diebus non sufficerent. Post recessum vero latro-  
num, exercitus Imperatoris per Alsatiam discurrens, maxima incolis damna fecit, con-  
culcando & annihilando frumenta in agris, quoniam messis proxima erat, in tantum ut grauiora ab amicis quam ab hostibus viderentur incommoda perpetrae. Vnde famae ma-  
gna subsecuta est, quaerat oram Alsatiam per annos sex continuos grauiter afflit.

Anno prænotato Bohemundus archiepiscopus Treuirense podagra lenioque gra-  
uatus Cunonem de Falckenstein Mogunt. ecclesiæ canonicum Henrici archiepi-  
copi contra Gerlacum aliquando coadiutorē, in canonicum Treuerensis ecclesiæ crean fecit;  
& in coadiutorem asumpsit, committens ei totius ecclesiæ ac patriæ negotia trañanda,  
qui glorioſissime aduersum hostes ecclesiæ præfatae, vbiique triumphans mox in exordio  
constitutionis sua miranda perpetrauit. Vnde gauisus Bohemundus ab Innocentio papa  
sesto, precibus obtinuit consernum archiepiscopatum Treuerensem Cunoni resignandi:  
quod cum papa libenter annueret, Bohemundus pontificatu abdicato Cunonem habuit  
succesorem, pro sustentatione sui oppidum & arcem Sarburg, cum attinentijs & prouen-  
tibus quoad viueret ab eo recipiens, annis quinque superuixit.

Anno præscripto obiit Innocentius papa 6. cui succedit Urbanus quintus, Maſſi-  
liensis abbas, ordinis sancti Benedicti, & præfuit annis 8. vir doctus & sanctissima conuer-  
tationis, qui crucem predicari fecit contra Turcos, & multa bona patrauit. Clarithis 30  
temporibus deuota Christi famula S. Brigitta, regina quondam Sueciae, multis illuminata  
reuelationibus diuinis, qua regnum contempnit mundanum amore coelestis, exinde  
de terra & cognatione sua, ad limina peregrinabatur sanctorum, ieiunijs, elemosynis &  
orationibus vacans continue. Haec venit in Auinionem ad Urbanum papam 3. milia a co-  
mino nostro Iesu Christo pro confirmatione regulæ sua quam fecerat.

Anno etiam prænotato obiit Wilhelmus de Gennep archiepiscopus Colonensis,  
ingentem reliquias thesaurum in auro & argento vinoque & bladis, Vacavit autem fides  
mensibus decem.

MCCCCLXIII.

Anno Wigandii abbatis 5. Domini vero 1363. obiit Gerardus episcopus Spirensis,  
in maiori ecclesiæ sepultus, cui Lampertus de Buren abbas monasterij in Gegenbach, or-  
dinis sancti Benedicti Argentinensis dioecesis immediate succedens præfuit annis octo-  
decim, quibus euolutis auctoritate Urbani papæ sexti, ad episcopatum Bambergensem  
nobilem & exemptum translatus est.

Eodem anno Ioannes de Virnenberg, maioris ecclesiæ decanus, per capitulum in  
archiepiscopum Colonensem electus est, qui pro confirmatione sua perexit in propria  
persona ad curiam: sed Urbanus papa 5. eius electionem non solum confirmare noluit,  
sed etiam penitus cassauit, Adolphumque fratrem comitis de Marcha episcopum Mon-  
asteriensis, hominem carnalem iuuenemque, in archiepiscopum Colonensem contra 30  
voluntatem capituli sublimauit, qui mensibus duntaxat præfuit 10. & postea resignauit  
pontificatum in manus papæ Urbani sponte, ut anno sequente dicemus.

Anno quoque prænotato obiit Theodosius Bauarus de Bopardi, episcopus  
Wormatiensis: cui succedit Ioannes dictus Schadland, ordinis Prædicatorum sacre The-  
ologiae doctor, prouisione Apostolica: & præfuit annis 13. habuitque multas cum quibus  
dissensiones. Hic nuncius papæ & inquisitor hereticæ prauitatis, administravit aliquan-  
diu ecclesiæ episcopales non vitimæ dignitatis, sicut Hildesheimsem in Saxonia, Au-  
gustensem in Vindelicia, Culmensem in Prussia, & Constantiensem in Suevia.

MCCCCLXIV.

*Lampertus  
fit episcopus  
Spirensis.*

*Adolphus  
fit archiepi-  
scopus Co-  
loniensis.*

*Ioannes fit  
episcopus  
Wormati-  
ensis.*

M C C L X I I I .

Anno Wignandi abbatis sexto, qui fuit Domini millesimo trecentesimo sexagesimo quarto, Adolphus archiepiscopus Coloniensis accusatus apud sedem apostolicam, quod terum ecclesiasticarum dilapidator, nihil indignum pontificatu haberet, non vi, non metu, sed voluntarie archiepiscopatum resignauit. Engelberto de Marchia episcopo Leodiensi patruo suo, Urbano papa quinto consentiente, & ei de nouo, vt moris tum erat, de Coloniensi ecclesia prouident, qui praefuit annis quatuor, non satis utiliter. Adolphus autem resignato pontificatu, non sine damno ecclesia Coloniensis, amore cuiusdam puellae sororis comitis Monteis, cum qua sperabat se comitatum Clivensem consequeturum eam duxit vxorem, quamuis Monasteriem episcopatum annis 5. & Coloniensem mensibus 10. sine ordinibus sacris vt pontifex gubernasset. Nec eum fecellit opinionis presumpta fiducia, comitatum enim quem optauerat cum uxore tandem obtinuit, ita quod utrumque comitatus Clivensis videlicet & de Marchia, usque in praesentem diem coniuncti permanent, licet Clivensis postea (vt suo loco dicemus) in ducatum gloriosae fuerit sublimatus.

*Adolphus  
archiepisco-  
pus Colon.  
deponitur.  
Engelbertus  
filius archiepi-  
scopus Cole-  
niensis.*

*Clevis &  
Marchia  
continuitate.*

M C C L X V .

Anno Wignandi abbatis 7. dominice vero nativitatis 1365. Carolus Imperator quartus, denuo Italiam ingreditur, & Urbano papâ Româ inuenito, collatione quorum 20 dam arcanorum cum eo habita, in Alemaniam cum suis nobilibus famis retuerius est.

*Imperator  
Italiam de-  
novo ingredi-  
tur.*

Hyems hoc anno prolixa fuit & asperima, Rhenô per mentes fere tres congelato. Fames quoque & pestilentia magna in Alemania, multique homines alij frigore, alii fame, aliique peste perierunt. Claruit his temporibus Ioannes de Rupefcissa, ordinis Minorum, nescio quo spiritu seductus, nisi proprio: qui multa predixit in proximo futura de Antichristo, & generali concilicatione cleri, & de reductione totius orbis ad fidem Christianam, & multa alia quæ sibi reuelata diuinitus à Christo Iesu crucifixo dicebat. Scriptis de his multa & varia ad quendam cardinalem, quæ habentur: sed utrum euenerint quemadmodum predixit, iudicent quilibet eius legerint, historiarum periti censores.

*Hyems pro-  
lixa, famis  
& pesta.  
Ioannes de  
Rupefcissa,  
ord. Min. ob-  
itorum.*

10

M C C L X VI .

Anno Wignandi abbatis octavo, Domini vero 1366. inter episcopum & ciues Wormatienses magna dissensio fuit pro institutione consularis & sculteti, & quibusdam aliis ad iurisdictionem pertinentibus: quæ tandem per Rupertum comitem Palatinum Rheni, qui & Adolphus, consularusque Moguntinensem & Spirensim, in die conuersio- nis sancti Pauli, anno prescripto ad pacem reducta est.

*Wormati-  
ensem citen-  
tio contra  
Ioannem e-  
piscopum.*

His temporibus magna & firmissima inter ciuitates imperiales & liberas confederatio facta est, quæ etiam principibus potentissimis in exordio sui formidabilis videbatur, sed diu non durauit. Sæpe tales confederations, quas ligas vulgariter Und appellabant, non solum inter ciuitates, sed etiam inter principes iuratas confirmatae que legimus, 40 & quotidie similiter videmus: sed mobilitas humana, nihil diu inuiolatum conferuat. Vnde conueniens prouerbium est:

*Confedera-  
tio magna  
ciuum.*

*Mobile mouetur semper cum principe vulgus.*

M C C L X VII .

Anno Wignandi abbatis 9. qui fuit Domin. nativitatis 1367. obiit Bohemundus ante Cunonem archiepiscopus Treverensis, in maiori ecclesia Treverensi sepultus. Post quem ipse Cuno de Falckenstein, & dominus de Mintzenberg, matre natus filia comitis de Saruerden, Bohemundo (sicut diximus) adhuc viuente, archiepiscopus ordinatus praefuit valde utiliter annis 21. Hic Cuno archiepiscopus pro seruitiis Carolo Imperatori 50 multipli citer impensis Bopardi & Welsaliam cum mediate Sterrenberg, quæ Baldeinus quondam archiepiscopus à fratre suo Henrico Imperatore 7. in pignus expensarum ratione Imperii in Italia habitarum, obtinuetat, impignoratione actiori pro summa maxima impetravit, ita quod posterioris impignorationis summa, maior fuerit prioris. Erat n. Cuno vir prudentissimus, qui à natura ad regimen etiâ multarum ecclesiastarum natus videtur, laboriosus, strenuus, & ingenio acutissimus, & cui nullus suo tempore inueniret similius.

*Bohemundus  
duus archie-  
piscopus ob-  
iit.*

Anno prænotato graues discordiae fuerunt inter Euerhardum comitem Wirtenbergensem, & comites de Eberstein, quæ breui in magnum utriusque partis detrimentum

*Bopardia  
et Welsa-  
lia impigne-  
ratur Tre-  
verensibus.*

*Comiti de  
Eberstein  
& Wirte-  
bergensem  
graues dis-  
cordie.*

V 3

succreuerunt. Cum ergo Vvirtenberensis quodam die in balneo esset naturali, quod Sylvestre vulgariter *Vuitbad* appellamus, comes de Eberstein cum exercitu veniens occulit, locum obſidione cinxit, ſperans ſe comitem intus comprehenſorum. Sed inanis eum confidentia fecellit. Nam à quodam rauſico noctu conductus per nemora ad locatiora manus eius sine laſione equalit, & ſubſecuta ſunt inter eos grauiſſima bella, incendia & rapina. Omnes enim ferme nobiles cum praefato comite de Eberstein, conſpirantes aduersus Vvirtenbergenſem, præter ſolos ciues in Eslingen, qui cum Euerardo comite ſerunt, ſumptis armis prælia ſuscitauerunt.

*Engelbertus  
obit.*

Eodem quoque anno Engelbertus archiepiscopus Coloniensis & maximis oneribus debitorum grauatus, paralyſi quoque non immodeſe diſſolutus, ſentiens ſe ob id minus ad regimen pontificari ſufficere, conſentiente capitulo ſuo Cunonem archiepiscopum Treuerenſem ſupra diſtum, in coadiutorum aſſumpſit, cui administrationem ecclie omnimodam in spiritualibus & temporalibus, Urbano papa 5. approbante, commiſit. Engelbertus autem archiepiscopus hac prouiſione completa, ad priuatae vita tranquillatatem ſe contulit, & certis pro vſu vita ſuę retentis prouentibus, non diu ſuperuixit.

M C C L X V I I I .

*Euerhardus  
comes Wirt-  
enbergensis.*

Anno Vvignandi abbatis decimi, Domini autem millesimo trecentesimo ſexagesimo octauo, comes Euerhardus de Vvirtenberg, obiit, duobus filiis relictis, Vdalrico vide-licet & Euerardo, qui & ipſi poſtea multa prælia commiſerunt.

Eodem anno, vigclima prima die mensis Auguſti, obiit Engelbertus archiepiscopus Coloniensis: poſt cuius mortem archiepilcopatus vacauit annis duobus. Cuno enim archiepiscopus Coloniensis, quamuis à capitulo poſtularetur, eſſe noluit: ſed iuſſu pape Urbani, administratorio nomine ecclieſiam illam cum ſua Treuirenſi, ſatis strenue & uiter gubernauit. Cometes anno prænotato in quadragesima, ccelitus apparuit,

*Engers ca-  
ſerum.*

His quoque temporibus Cuno archiepiscopus Treuerenſis ſæpe dictus, calrum Engers cum fortalicio ſuo iuxta Rhenum, inter Confluentiam & Andernachum, ſatis pulchre conſtruxit, quod ex nomine ſuo Cunenergers, voluit nuncupari, licet paucinomen eius apponant.

M C C L X I X .

Anno Vvignandi abbatis II. Dominice vero nativitatis 1369. circa festum paſchale, Carolus Imperator 4. maximo ſuorum coadunato exercitu, Longobardiam contra Mediolanenses pugnaturus ingreditur, & viſque ad festum ſancti archangeli Michaelis hinc inde diſcurrens, vincere in munitionibus exiſtentes non potuit. Volebat enim dominiū Mediolanense ad imperium armis reducere: & iniurias pape Urbani quarti, quasolim à vice comitibus, quum adhuc in minoribus eſſet, acceperat, qui cum coegerant literas Apoſtolicas contra eos allatas comedere, vindicare. Sed quum peſtientia vehementer inuafifet exercitum, magna ſumma pecuniarum accepta, in ſignum superioritatis impetum, non ſine magna diſplicētia papæ ad propria remeauit.

Hoc ipſo anno ciues Colonienses priuilegia & libertates clericorum conati inſin-gere, ecclieſiaſtico interdicto biennio ſunt ſubacti, & clerici iuſſu Cunonis administratoris ecclieſia Coloniensiſciuitatem exiens, mensibus octo decim foris mansit.

Eodem quoque anno Gotfridus comes de Arnsprung, de conſenſu vxoris ſuę comitatuum ſuum Arnsprung, cum omnibus attinentijs ſuis, castellis, villis & prouentibus, in perpetuum tradidit ecclieſia Coloniensi possidendum, ſicut etiam hodie ab archiepiscopo poſſidetur.

M C C L X X .

Anno Wignandi abbatis duodecimo, Domini autem millesimo trecentesimo ſeptuagimo, factum eſt bellum magnum in vigilia ſancti Bartholomai Apoſtoli inter Wenceslaum Brabantiae, & Lutzenburgij ducem fratrem Imperatoris Caroli, & Wilhel- mum ducem Iuliacensem, iuxta Baſſuiler, & caſis ab utraque parte plusquam octo milibus hominum. Dux ipſe Iuliacensis viator extitit, & Wenceslaum ducem cum alijs muliis nobilibus captiuum abduxit: quem tandem poſt menses vndecim, metu Imperatoris, ſine exactione liberum dimiſit. Ab alijs vero pecuniam infinitam pene, pro corum libera- tione extorſit.

LECTO-

**H**ACTENVS non tantum prior editio Basiliensis, Guilhelmo Radente procurante; sed etiam ipsius cum illa à nobis collatū autographū, & in splendidissima bibliotheca Palatina conservatur, accurata Trithemii manu ad miraculum eleganter descriptum. Incertum autem, an auctor opus longius produxerit, & forte ad extatē usque suam, ut Spanheimense. Dubitationem mouet, quod in prefatione Spanheimensis, scripta anno 1506, in eo cenobio ita ait: *Chronicon Hirsaugiensis canonici hic quidem incepit, sed apud Heribipotin virbem Francorum tandem complevit: opus magnum, & in duobus voluminibus partitum.* At in epistola ad Rogerium Sicambrum (qua extat inter epistolas ciuius familiares Haganoā excusas, pag. 320.) data Heribipoli anno 1507, ita scribit: *Ad preces Blasii abbatis Hirsaugiensis Chronicon eiusdem canonici scribere adorūs maiorem partem compleuit sed illo mortuo editionem intermisit, incertas qua mercede successor eius Laborem recompensare futurus sit.* Rursum in Breuiario annualium Francorum, edito Parisiis fol. 111. Scriptimus, ait, ianudum ad instantiam Blasii & Ioannis abbatum, duo non parue quantitatis volumina. Chronicorum sue annualium insignis monasterii Hirsaugiensis nostri ordinis, quod situm est in diocesi Nemetensi sive Spirensi: quorū primo &c. Et hanc aut subito ab indignante abruptam hoc loco scriptiōnem, maiore (vti dixit) parte completa, apparet: aut alterum in super paris magnitudinis volumen horum annualium desiderari, dolendum est. Quam tamen (si ita est) iacturam, sequens Chronicōn Spanheimense integrum, ad auctoriū usque extatē deductū, nostraque opera nunc primum publicatum, magna ex parte larcire poterit.

effet naturali, quod exercitu venient occurrum. Sed immo r nemora ad loca multa, incendia cin, confirantes ad uerando comite feni-  
is & maximis oneri-  
sentiens se obīdī mi-  
nonem archiepisco-  
infristrationem eccl-  
e probante, committi-  
tuata vita tranquilli-  
diu superuixit.

ecentesimo sexagesi-  
licitis, V daltico vide-  
runtur. elbertus archiepisco-  
duobus, Cuno enim  
oluit: sed iussa pape  
si, satis strenue &  
is apparuit,  
sæpe dictus, calum-  
Andernachum, sis  
ipari, licet paucino-

circa festum paschale,  
bardiam contra Me-  
ngeli Michaelis hinc  
Volebat enim domi-  
rbani quarti, quoso-  
i eum coegerant in-  
pestilientia vhemene-  
um superioritanis im-  
40  
corum conati in fin-  
tonis administratores  
sancti.  
enfus uxoris sua comi-  
& prouentibus, in per-  
die ab archiepiscopo

imo trecentesimo fe-  
lomai Apostoli inter p-  
ris Caroli, & Wilhel-  
plusquam octo mil-  
iacem cum aliis multis  
metu Imperatoris  
ene, pro corum liber-  
ate.